



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1635. usque ad annum 1643

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1779

VD18 9011888X

§. 113. Sueci per Leopoldum Austriæ Archiducem ex Bohemia ejecti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67406](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67406)

CIX.
effor-
quam
opuli,
infu-
Epi-
non
mife-
jus-
peant
erbæ
n Pa-
c ibi-
Ec-
itur,
ceps
ne in
s vel
quo-
time
te de-
erpe-
ciam;
to ca-
abfol-
, qua
os ad
ltaria
icos,
uam,
ic ita
C XII.

§. CXII.

Sæc. XVII.
A.C. 1640.

Quorumdam Principum & Illustrium
obitus.

Præter varias calamitates, quibus Im- *Brachet.*
perator iniquissimo hoc tempore *Hist. temp.*
iactabatur, intimo doloris sensu perce- *lib. 6.*
perat mortem Philippi Augusti Filii sui;
luctum tamen Cæsar is temperabat alter
Filius Leopoldus Ignatius Josephus,
quem Augusta Imperatrix anno sequenti
Viennæ felici puerperio enixa est. Eo-
dem ferme tempore obiit Antonius
Wolfartus primo Abbas Cremisanensis,
postea Viennensis Archiepiscopus, Vir
doctrina, rerumque usu longe celeber-
timus. qui itidem Abbatiam pluribus
dinaistiis auxerat. Pari fato Joannes
Philippus Dux Saxo - Altenburgicus
Friderici Guilielmi Saxonie Ducis Fi-
lius nulla mascula prole relicta, vivis
ereptus est.

§. CXIII.

Sueci per Leopoldum Austriae Archi-
ducem ex Bohemia ejeciti.

Nullum non movebat lapidem Ferdi- *Jæger. Hist.*
nandus III. Imperator, ut Banne- *Eccl. l. 10.*
rium Suecici exercitus Ducem oblatis *cap. 1.*
duobus Silesiae Ducatibus ad pacis *Barre hist.*
Hist. Eccles. Tom. LX. Aa con- *d' Allemagn.*
t. 9. p. 722.

Sæc. XVII. consilia inclinaret; obtiterant tamen
A. C. 1640. Galli, qui Sueciæ Reginam, ne Ban-
nerio paciscendi facultatem concederet,
absterrebant. Spe ergo sua delusus Im-
perator Leopoldum Archiducem, quem
Gallafso a militari Præfectura amoto,
copiis Cæsareis præficerat, in Bo-
hemiam movere iussit, ut Bannerium in-
de propelleret. Hic ergo cum valido
exercitu progressus, recuperato Regio-
Græcio, & Colino, aliisque urbibus qua-
vi, qua deditione subactis decem Sue-
corum equitum turmas ad internecio-
nem delevit, ac Bannerium, ut a Ba-
tavis, incassum tamen, suppetias pete-
ret, coegit: occupato dein Leutmeri-
zio & Brandesio Bannerium e tota Bo-
hemia exegit, cæsis plusquam quatuor
Suecorum millibus Fugientem tamen
Dux Longevillanus iterum stiterat; hic
enim Gallicis, & Vinariensibus, nec-
non Hassicis & Luneburgicis auctus co-
piis Salfeldam movit, atque Archido-
cis prope insequentis castra acriter ver-
berare cœpit, nihil tamen præter velli-
tares conflictus integro pene Mensa pro-
fecit: cum autem Hatzfeldio & Picco-
lominæo Ductoribus novem Bavariorum
millia Cæsareis accessissent, Leo-
poldus Suecos ad extremam usque Vi-
surgin rejecit, inde vero promotis ca-
stris Wahlum Comitem cum Bavaris
copiis

copiis in Hassiam irrumpere jussit, qui sæc. XVII.
etiam variis urbibus captis trans Visurgin A.C. 1640.
victoria arma sua pretendere statuit,
paulopost tamen ab hoste repulsus.
Haud multo post Bredanus Cæfaris Tri-
bunus prope Zwickaviam Wittenber-
gium Sueciæ Tribunum cum novem
legionibus profligavit. Interim vero
Rauschenbergius Guelferbyti Guber-
nator Steinbrucum nobile firmumque
præsidium expugnavit, quod tamen
Luneburgicus Dux arcta mox obsidione
prellit. Tanta ibi erat Bavarorum in
propugnando pertinax fortitudo, ut
tectis pene omnibus vit tormentorum di-
ritis, ac militum civiumque potissimum
inedia jamjam consumptis, de deditio-
ne nequidem cogitassent, nisi suppétia-
rum spe frustrati non animo, sed viri-
bus defecissent: hujus quoque urbis
jacturam mox Luneburgi deditio, &
Guelferbytanæ urbis obsidio sequebatur.

§. CXIV.

Cæsareo-Bavari adversus Gallos, &
Vinarienses vario Marte
pugnantes.

Interim Vinarienses, Longavillæo Du- *Adlzer. An-*
ce, cunctas ferme urbes ad Rhenum *nat. Boic.*
fitas deprædationibus, incendiis, im- *p. 3. lib. 25.*
modicisque exactionibus misere deva- *num. II.*
A a 2 starunt, *Pufend. l. 12.*
deret. *Suec.*